Et postea postremum tanto tiore percussus sum die ab
huiusmodi proposito recessi · cum viderem tam iugiter cum ideo animum meum cum
habere non posse / descendi ergo iterum ad cogitaciones seculares
ne ex [illegible] eterno deitatis in turri aliquid michi genus arrogancie
nasceretur · (De obediencia Iohannis discipuli pauli abbatis)

a M ... Iohannes discipulus pauli magne obediencie fuit
habitabat in vico belua in spelunca videnseque senex circa
locum stercora multa dicit · Iohannes vade et affer stercora
illa / R · et quid faciam abba propter bestiam senex autem
subridens dicit ei · si venit contra te liga illam et adduc
huc / pergit ergo illuc vespere et ecce venit belua
super eum · Ille autem secundum verbum senis impetum fecit super
illam ut eam teneret que fugit et ille sequebatur eam dicens ·
Exspecta quia abbas meus dixit ut alligem te tunc
stetit bestia et tenens alligavit eam et videns eum abbas
venientem cum belua admiratus est / volens tamen humiliare
eum dicit ei · Insane canem fatuum adduxisti michi · Quo audito
solvit illam et dimisit abire in locum suum · Quod marcus
beluam illuminavit / ·

a A d sanctum marcum abbatem belua quedam catulum suum
cecum exhibuit / vestibulo hostii eius capite
percusso / et adeum foras iacto sedente ipsa procidit ante
pedes sic catulum suum quem ille tenens et in eius oculos
expuens orauit deum pro defectu catuli illius et continuo
lucem quam amiserat vidit secumque ipsa mater deduxit
sequenti autem die eadem bestia sancto viro pellem ovis
tulit quam ille sancto athanasio episcopo destinavit / ·
Cum fratres paulus · Quod obediencia pauli
cognomento simplex beatum anthonium adisset

De ob[edien]t[ia] valde no[ta]bi[le] (margin)
+ (margin)
No[ta] (margin)
bo[num] no[ta]bile (margin)